

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johannes Assuerus Ampzing Andrew Jack

D. Joannis Assveri Ampsingii Transisulani, Serenißimi Principis ac Domini, Dn. Udalrici, Norwegiae haeredis ... Medicinae Professoris ordinarii, & Poliatri Rostochiensis: De Morborum Differentiis : Disputatio Anniversaria II. Habitae publicè anno 1610. 7. Febr. in Auditorio maiore. Respondente Andrea Jachaeo, Scoto

Rostochii: Pedanus, 1616

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729695778>

Druck Freier  Zugang



R U. med. 1610.

Johann Anton Imping, Prae.

Andreas Tachatio, Reg.

XXXVII

D. IOANNIS ASSVERI
AMPSINGII TRANSISULANI,

Serenissimi Principis ac Domini,

Dn. UDALRICI, Norvvegiæ hæredis,
Ducis Holstæ, &c. Archiatri, Medicinæ Professoris
ordinarij, & Poliatti Rostochiensis:

DE MORBORUM
DIFFERENTIIS

DISPUTATIO ANNIVERSARIA II.

Habita publicè anno 1610. 7. Febr.
in Auditorio majore.

Respondente

ANDREA JACHÆO, Scoto.



ROSTOCHII

Excusa Typis Joachimi Pedani, Acad. Typ.
ANNO M. DC. XVI.

1610!

THEISIS I.

Verissimè dixit Erasmus, In morbi definitione examinanda tot esse difficultates, quot fere in nullà alià in tota medicinà. Meth. Med. 31. 25. Imprimis autem de Morbi genere, quā è Categorìâ effet desumendum, quæstiones agitatae fuerunt semper molestissima: cuiusmodi quæstiunculae logicis Galenus ipse ab hominibus (uti con queritur lib. 5. de san. tuend. cap. 4.) levissimis diu multumq; exagitatus, divexatus, defatigatus; tandem dixit, licere morbum vel THEONEM aut DIONEM appellare, modò eum rectè curemus. lib. 10. Meth. cap. 5.

2. Nos expeditâ nuper morbi definitione: nunc ad divisionem ejus progrediemur. Est autem summa & prima morborum divisio à Galeno tradita hac. Omnis morbus vel similaris est, vel organicus vel commonis.

3. Vocat Galenus divisionem hanc suam, Divisionem in Species: genera. differentijs, ut pleriq; placet, desumpta à subjecto. Eraſt. Meth. Med. 35. 55.

DE MORBO SIMILARI IN GENERE.

4. Similaris morbus (inquit doctissimus hujus olim Academiae Professor publ. D. JACOBVS BORDINGVS) hoc est, is qui similaribus partibus propriæ inhæret, nihil est aliud, quam à propria eorum, quæ similarium partium sanitatem constituant. hoc est, eorum quorum proprietas est sanitas. Juvat sane allegata D. Bordingi verba explicatius edisserere, thesibus no-

A

stris

Stris proximè in sequentibus quatuor: quibus ut diligenter examinandis studiosi animum advertant, etiam atq. etiam monemus.

5. Dicimus igitur quamlibet partem similarēm constitui à tribus, nempe à Materia, Formā substantiali, & primi qualitatibus.

6. Deinde necesse est fateri, Sanitatem (cùm sit Δ ḡt̄s, & sup̄p̄t̄ia) è pluribus accidentibus in unum cōeūnībus ordine quodam conflari. Itaq. primo loco in parte similari hæc tria accidentia veniunt observanda: Materia Situs similaris, Forma potentia & primarum qualitatum Temperamentum, prout accipiuntur simpliciter.

7. Hisce porrò tribus jam dictis accidentibus duo quædam ordine adhuc accidentur. 1. ut in unum disponantur: undè dispositio seu Δ ḡt̄s exurgit similaris generalier accepta. 2. Ut bene vel male disponantur: undè dispositio, seu Δ ḡt̄s similaris bona vel mala. Bona quidem dispositio, hoc est, Bonitas dispositionis, est ipsa Sanitas: Mala verò dispositio, hoc est, Malitia dispositionis si nondum manifestè actionem ludit; est vitium, causa, via & gradus ad morbum: Sin verò eiusq; progressa jam fuerit, ut manifestè actionem ludit; est Morbus ipse. Sunt enim gradus in latitudine morbosa.

8. Accidunt ergo Sanitas & Morbus eidem dispositioni simpliciter seu generalier accepta, velut Δ ḡt̄s & Δ ḡt̄s.

9. Notandum verò Sanitatem partis similaris constitui non nisi à tribus: Morbum verò partis similaris vel ab uno ori i posse. Mutata enim parte aliquā dispositionis tota mutatur dispositio, dicente Erasto Meth. Med. 31. 40.

Morbis
quomodo 10. Hinc jam de Morborum subjecto judicare promptum est, nempe (ut rem simili aliquo declaremus) sic morbum inesse parti, sicuti intensio & remissio luminis corpori quod magis aut minus illuminatur. Enim verò intensio & remissio luminis immediate & primò insunt lumini: Lumen autem corpori opacum ut Luna, mediante superficie: Superficies autem immediate coheret. Simile exemplum sed rudius & vulgarius exhibet nobis paries dealbatus. Etenim intensio.

tenſio & remiſſio albedinis immediatè insunt albedini: Albedo ipſo ſuperficie, & deniqꝫ ſuperficies parieti. Ita, inquam, & conſimilem in modum Morbus parti non immediatè & primò accidit, ſed alijs medianibꝫ duobus ordine accidentibus, de quibꝫ theſibꝫ noſtris 6. & 7. Partis enim ut ſubſtantia contrarium ne finci quidem potest. Eſtqꝫ inter ſubjectum Quod & ſubjectum Qued differentia maniſtiffima vel ipſis noſta Philosophia tyronibus.

11. Definimus Morbum ſimilarem in genere, qvod ſit Morbus, sanitatem actionemqꝫ partis ſimilares primò manifeſtē laudens vel impediens, ob cauſam aliquam ſimilarem, nempe ob vitium vel temperamentum vel materię vel formam.

12. Eraſtus per optimè actionum differentias tradidit theſi 26. ut alia ſit actio ſimpliciter seu generaliter dicta, Alia hæc vel illa actio ſpecialis, Alia actio bona, Alia deniqꝫ actio mala.

13. Animam vult eſſe cauſam actionis generaliter dicta, i. quæſi dicas nullius. theſi 27. Actionis ſpecialis cauſam statuit instrumentum. Actionis bona ſanitatem. Actionis deniqꝫ mala morbum: in hac verba locutus theſi ſuā 40. Instrumento actionis ſpeciem; Instrumenti diſpoſitioni aptæ vel incipit̄ bonitatem vel vitium actionis acceptum ferri debere.

14. Ut mirari ſatis nequeamini, qvid viro doctiſimo in men- tem veneſit, cùm in fine theſeos ſua 28. poneret. Sanitatem arque Morbum cauſas proximas eſſe omnium actionum. Id qvod nobis certè videtur per absurdum & cum præcedentibus male coherens.

15. Nos omnia Eraſtiā illa qua adduximus theſi noſtrā 13. de actionum cauſis, obvijs, qvod ajunt, ulnis amplectimur. Illud verò qvod ponit & concludit theſi ſuā 34. & pluribus locis ſubinde repetit omnis actionis ſimilares cauſam proximam ſolum eſſe partis temperamentū qvod in primis qualitatibus conſiſtit, negamus adeoqꝫ & per negamus. Verum enim verò afferimus, Animam homini ad actionem edendam ſimilarem triplici ſimul uti instrumento conſociato, nempe formâ partis ſubſtantiali, partis temperamentu & materię partis: qvorum instrumentorum duo forma & tempera-

mentum insitâ agendi vi prædicta sunt, tertium nempe materia est
per se nihil agat, est tamen causa efficiens sine qua non. Perinde
atq; faber (ut similitudine utamur Erastianâ) in cùdendo ferro si-
mul manu uititur atq; igne tanquam instrumentis vivis & ouve-
jūs, malleo autem tanquam instrumento sine quo non.

16. Declaramus id exemplo Struthiocameli, qvi ferrum appetit,
attrahit, retinet, assimilat seu alterat, concoquit, apponit, unit, &
deniq; expellit. Cujus actionis similaris causam soli temperamento
primarum qualitatum assignare, nobis certè videtur per absurdum.
Tantus enim calor citius ipsum Struthiocamelum absorberet quam
ferrum. Sic populi Marisi formaliter quadam proprietate vescuntur
serpentibus venenatis. Ferunt in castris Alexandri magni fuisse fe-
minam quæ araneis vesceretur. tamq; esset natura venenata, ut
vel solo afflatu, quos vellet, interimeret. Qvod idem perhibent de
staminis quibusdam in Scythia, quæ Virtus appellantur. tum etiam
de populis quibusdam in Triballia & Illyrijs de quibus proditum est,
quod vel solo iracundiore visu & intuitu alios de medio tollant. Et
videmus quotidie in communi vitâ multos esse qui proprietate qua-
dam formaliter, (cùm imbecillo sint temperamento) appetant edulia
nescio quæ grossa, cruda, agrestiaq; hisq; non male nutriantur, vi-
tamq; producant in decrepitam usq; senectutem, aversantes ut
plurimum cibos delicatores, imò vinum ipsum ut venenum abhor-
rentes. De Materia causalitate suo loco dicemus; quam nemo ne-
gabit qui causalitatem numeri, figura &c. admirerit, & verbum
IMPEDIT in morbi definitione Galenicâ, observârit.

Differen-
tia mor-
borum si-
milium 17. Itaq; non erubescimus cum dottiissimo Bordingo, ad imitatio-
nem magni Fernelij; pro numero componentium, tria morborum si-
milarium genera statuere: nempè Intemperiem morbosam, morbum
materię, & deniq; morbum formę.

18. Huic divisioni suffragatur ratio Galeni lib. de differ. morb.
cap. 2: dicentis. Qvod si ex temperantia calidi, frigidi, humidi &
succi Sanitas penderet: ex ejus contrario necessariò & grotare contin-
git. Quibus mox subjungit. Eadem ratione, si in aliquo alio
propriam

Quopiam genere Sanitas fuerit: in ejusdem generis immoderatione
erit Aegritudo.

DE INTEMPERIE MORBOSA.

19. Intemperies morbosa est morbus similaris: sanitatem actionemq; partis similaris primò manifeste lœdens: ob vitium temperamenti vide thes. 6. & 7. Definitio Intemperie morbi.

20. Quā ratione dicimus morbum numeri, figura, magnitudi-
nis, connexionis: pari ratione licebit intemperiem appellare morbus Temperamenti. Nec poterunt unquam rationem diversitatē reddere Aubertiſta: rumpantur ut illa Codro: Temperi-

21. Intemperiei morbosae octo potissimum à Medicis numerantur species, nimirum quatuor simplices, in quibus una tantum qualitas tñ Intemperie morbi exuperat, ut calida, frigida, humida vel ſicca: & quatuor compoſitæ ſeu conjugatae, in quibus duæ qualitates ſimul exuperant, ut calida humida, calida ſicca, frigida humida, & frigida ſicca. Atq; haec quidem octo Intemperiei species ita à Medicis numerantur, siquidem abq; materia ficerint: ſin vero materia conjunctam habuerint: jam alia octo species exurgent, quas materialias appellant, ut in universum Intemperiei species ſint ſedecim.

22. Materia illa quam diximus vel ſanguis eſt: à quo tumor Phlegmone. Vel bilis: à quā Erysipelas. Vel flegma: à quo Oedema. Vel deniq; melancholia: a quā Scirrhous.

23. Quod ſi mixti humores tumorem fecerint: ille à vincente humore nomen trahet. ut Phlegmone erysipelatodes aut œdematodes: Si quidem ſanguini redundanti bilis misceatur aut pituita. Sin vero bili redundanti misceatur ſanguis aut melancholia: Erysipelas vocabitur phlegmonodes aut ſcirrhodes. Eadem in cæteris ratio eſt, qua dictat Intemperiei cum materiali species tam posse eſſe varias quam ipsa qualitatum atq; humorum immoderata commixtio potest eſſe varia.

24. Sunt & aliae intemperiei differentiae, ab aequalitate & inaequalitate, itemq; à ſubjecto quod vel totum eſt vel pars. Riolanus in

lib. 2. de ab. ver. caus. cap. 10. novam commentus est Intemperie differentiam quā unam statuit Mixti & alteram viventis.

DE MORBIS MATERIAE.

25. Sicut Intemperies morbosa in ametriā primarum qualitatum consistit: ita morbi materia in qualitatibus secundis (quas Philosophi MATERIALES appellant) focum suum habent: non quā sunt qualitates, sed quā materiam continent.

26. Appellant enim ideo MATERIALES, quia absq; materia definiri nequeant, cuius certam requirunt dispositionem seu situm similarem; qualis est v. g. partium vel $\Delta\text{en}\mu\text{e}\gamma\text{ia}$ vel $\pi\alpha\chi\mu\text{e}\gamma\text{ia}$.

27. Unde lippis, quod ajunt, & tonsoribus notum est, quod qualitates secunda juxta duas diversas notiones, in duobus diversis prædicamentis rectè ponantur: nempe in prædicamento Qualitatis & in prædicamento Situs. In prædicamento Qualitatis quidem, quatenus è primis qualitatibus componuntur: In prædicamento autem Situs, quatenus ad concursum primarum qualitatum certam ac determinatam requirunt materiae dispositionem similarem.

28. Exemplum ex Aristotele proponunt Comimbricenses lib. 1. de Gener. & Corrupt. cap 5. quest 17. in RARO & DENSO: quæ pro diversâ notione nunc in prædicamento Qualitatis sunt, nunc in prædicamento Situs.

29. Accuratâ observatione dignum est, in definitione RARI & DENSI Aristotelem nullam mentionem pororum facere, sed RARIUM definire, quod sub magnis dimensionibus parum obtinet materiae: DENSUM contrà, quod sub parvis dimensionibus multum materiae obtinet. Sic flammarum, aërem & cœlos appellamus raros, stellas vero densas.

30. Agnovit hanc RARI & DENSI notionem similarem ipse etiam Galenus lib. 2 de sanit. tuend. cap. 5.

31. Quod vero Galenus RARIUM & DENSUM alio significâ

gnificatu ad affectiones referre organicas maluerit; id e quidem au-
thoritati Galenica permittimus: Verum enim verò notionem simi-
larem tolli de medio per notionem organicam, id demum perne-
gamus.

32. Sic ASPERUM & LÆVE et si nunc ad figuram, nunc
ad Situm organicum à nonnullis referantur: nemo tamen propterea
concesserit, hæc notionem amittere similarem.

33. Mercurialis author gravis dicit, Si substantia humoris Cri-
stallini vel nimium crassifacta vel nimium extenuata fuerit: id vi-
sioni officere. Nemo tamen est amens, qui per vocem Substantiae tem-
peramentum intelligat. Nemo etiam tam est ruditus qui crassificationem
ad formam substantialem referat. Intelligit ergo Mercurialis
per substantia crassificationem nimiam, vitium & morbum materiae.

34. Quinimò ipse Erastus thes. sua 34. disertè concedit MOL-
LITIEM & DURITIEM quandoq; inter similares collocari.
Unde utiq; inferre liceat referendas esse ad materiam, quatenus è ma-
teria componuntur.

35. Materiæ immoderatio, inquit Bordingius nostrus, est ipsius
partium substantie mollicitas & durities, laxitas vel astrictione, rari-
tas vel densitas, tenuitas vel crassities immodica: quæ sape etiam
CITRA INTEMPERIEM existere solent. Multi enim re-
periuntur tenui nervosarum partium constitutione, atq; adeò acuti
sensus, ut nec piper nec ullus rei acrimoniam ferre possint. A qua-
vis etiam exercitatione facile offenduntur, non quidem quod calidi
immodicè sint aut frigidi, humidi aut siccii: (alioqui id omnibus
similiter temperatis accideret) sed quod ex semine paucò & imbe-
cillo, vel ex vitæ genere delicatori, tenuorem similarium partium,
maxime nervosarum, constitutionem contraxerint.

36. Definimus morbum Materiæ hoc modo Morbus materiæ est Morbus
morbis similaris: sanitatem actionemq; partis similaris primò ma-
teriæ manifeste impediens: ob vitium materiæ. vide thes. 6. & 7. definitur

37. Divisionem morborum materiæ à numero qualitatum secun-
darum, bac quidem vice ad amissim non prosequimur, de sola defi-
nitione tuendâ potissimum solliciti.

Argus

38. Argumenta Erasti. thes. 34. Auberti Exercit. Riolani in
abd. rer. caus. lib. 2. cap. 9. & aliorum contra morbos materia di-
putationi reservamus: quæ singula in formam redacta syllogisticam,
quid penderis habeant, examinabimus.

DE MORBIS FORMÆ.

39. Morbis forma quædam præcognita & præconcessa tanquam
principia præsubstruimus, quorum primum est. In corpore huma-
no plures existere formas substantiales. nimurum partium hetero-
genearum formas heterogeneas, ut quæ nervus est nervus & os
est os, &c. Hoc præcognitum stabilitur auctoritate complurium
gravissimorum Philosophorum: solo reclamante Erasto thesi suâ 60.

40. Cùm non omnium generationum una eademq; sit ratio: alterum hoc præcognitum nobis sumimus, Non omnes formas educi seu
emergere de potentia materiae, sed quædam extrinsecus accedere.

41. Tertium præconcessum tenemus formas & naturas imprimis
viventium analogiam seu proportionem quædam respondere elemento
stellarum, quæ quidem analogia seu proportio sit occulta secundi
modi qualitas: quæ mediante fiat ut formas substantiales sublunares
à superioribus facilè affici possint. Id quod probamus tum clarissimo-
rum scriptorum auctoritatibus, tum verò ipsâ stultorum magi-
strâ experientiâ.

42. Authoritates quidem sistimus ad effugiendum crimen no-
vitatis. Ubi primo loco adducimus testimonium Philosophi lib. 2.
de gener. animal. cap. 3. In spumoso seminis corpore contineri
aliud quoddam corpus plusquam elementa divinum, nempe Spiritu-
m qui Calor dicitur, & in hoc rursus Naturam analogiam seu pro-
portionem respondentem elemento stellarum. Aristoteli Jul. Cas.
Scaligerum adjungimus, qui de subtil. Exerc. 6. sect. 2. Cœlestes,
inquit, potestates dant formas, & quæ formam consequuntur.
Ibid. sect. 5. explicans sententiam Philosophi A SOLE ET HO-
NINE HOMINEM GENERARI, dicit pendere hæc nostratio à
supe-

superioribus &c. & superiora esse quasi formas conservatrices inferiorum. Item Exerc. 18. formas, inquit, elementorum cum suis simul qualitatibus universis, ab opifice opt. maximo factas dico primū, earumq; conservatores, illius jussu. arq; imperio, cœlos esse. Et exerc. 251; Neque enim, sit, ultimæ formæ proximæq; corporibus agant, nisi forte adjutæq; formis superioribus, illæ vero porrò alijs ad primam usq;.

Scaligero Conimbricenses accedunt, qui adhuc ad institutum nostrum multo accommodatiū lib. 2. de gener. & corrupt. cap 10.
qvæst. 1 artic. 2. Demittunt nonnunquam, inquit, coelestia corpora in mundum inferiorem qualitates ægritudinum & interitus effectrices secundum varios aspectus & regionum naturam, idq; interdum tantâ vi, ut existant in tota aliqua regione populares morbi. Itaque minimè probanda est sententia Plotini in eo libro, quo inquit, num astra aliquid agint: Ficini ejus interpretis: Chalcidij commentarijs in Timæum: Mirandulæ lib. 3. cont. Astrologos cap 21. & aliorum existimantium planetas stellasq; omnes adeò esse naturæ beneficas & propicias, ut nulli inde morbi, nullum incommodum mortalibus obveniat. Pugnat certè hoc cum experientiâ, qvâ compertum est multis in Lunæ coitu morbos recrudescere, ægrotantium corpora deterius affici, nocereq; per id tempus purgationes, & dum pestilentia grassatur, ordinariè tunc plures extingvi: id quod non aliunde provenit, nisi qvâ tunc id astrum occulto suo influxu corporibus vehementer incommodat. Deniq; res est adeò conspicua, ut probatione non egeat.

Non videtur silentio pratereundus Tycho Brahe, qui eam mundi ætherei simplicitatem & puritatem, quam statuit Aristoteles, palam disertèq; negavit, & non tantum cometam illum qui anno 1572. ortus fuit, sedem suam supra ipsum Saturnum inter stellas fixas habuisse demonstravit; verum etiam ibidem loci factum, rursusq; abolitum fuisse, afferuit. Qvæ quidem Tychonis sententia si vera est: nemo utiq; mirabitur posse morborum semina in hac inferiora demitti à sideribus.

43. Fuerunt authroritates: jam exempla adducamus qvæ probent formas substantiales sublunares affici à superioribus. Et quidem

B

primo

primo loco Magnetem sifsumus se ad eall cardines contorquentem.
Praterea & Lotum Egypti (de quâ Matthiolus in prefatione herbarij sui) ad nutum Solis se convertentem: adeò quidem ut cum
occidente Sole sub aquas demergatur, ac cum hoc rursus supra ho-
riZontem emergente, ipsa quoq; pariter extra aquas emergat. His
accedit Tilia. quæ ipso Solsticij astivi die folia sua convertit; ut
quâ parte pridie terram spectaverant, nunc cælum spectent.
Omnium illustrissimum exemplum cernimus in Oceano ad motum
Luna nunc accidente nunc recedente: Qvod quâ facultate mani-
festâ fiat, qui demonstrare posset, hactenus mortalium repertus
fuit nemo.

44. Consimilis sympathia cernitur & quibusdam in rebus sublu-
naribus, quam nemo sanus aliò quam ad occultas formarum pro-
prietates retulerit. Quis enim ab elementorum manifestis qualitat-
bus rationem reddit, quod pesciculus Renora appellatus, posset in-
gentes naves, tanquam vel vado illiderentur, vel anchorâ teneren-
tur, remorari? Quis quod Struthiocamelus ferrum coquendo
atterat? Quis quod populi Martis serpentibus impunè vescantur?
Quis quod Sangvis hircinus adamantem penetret & dissolvat?
Quis quod Basiliscus & quidam Africæ populi vel solo aspectu ho-
minem interimant? Quis quod vis Torpedinis Marinæ, per longum
contum momentâ manum totumq; corpus invadat pescatoris? Quis
deniq; quod Tarantula, quo statu hominem adoritur, eodem & oc-
cidat? v. g. si saltantem pungat: ille ad extremum usq; spiritum
saltando vitam finiat?

45. Evidem admiranda etiam quædam temperamenii ratione
sieri non negamus: at enim verò qui ad elementorum manifestas
omnia reducunt qualitates; ipsos nihil aliud quam elementa esse,
rectè magnum illum Jul. Cas. Scaligerum, De subtil. Exerc. 345.
sect. 9. dixisse arbitramur.

46. Nec erubescimus plurimis in rebus ad salutare occultæ pro-
prietatis asylum cum dicto Scaligero configere. Exerc. 101. sect. 14.
Exerc. 131. sect. 1. Exerc. 345. sect. 8. Exerc. 219. sect. 8. parum
morati

merati nuperos & novitos illos Philosophastros, qui asylum hoc verbi contumeliosis asylum inscrutia vocitare non verentur.

47. De Tychonis sententiâ diximus thesi nostra 42. quæ veranè sit necnè: in medio relinquitur: illo tanquam quarto praconcesso contenti quod à Mercuriali ex Aristotele ponitur lib. de peste cap. 7. Qualitates cœli occultas in aëre fieri genitali s. Et à Jul. Cas. Scalig. Exerc. 6. secl. 7. Cœli radiationes, vires, effectiones, cum demum misceri, quando in subiecto generabili atq; alterabili constituuntur.

48. Superioribus freti fundamentis, afferimus fieri quandoq; posse, ut formæ substantiales quæ humano corpori insunt, (solâ exceptâ animâ rationali) ab aliquâ occultâ facultate cœlesti afficiantur. Quæ quidem affectio si sanitatem partis actionisq; similaris manifeste latet: utiq; morbus erit similaris ille quem morbum formæ appellamus.

49. A Vergilio vocatur morbus cœli 3. Georg. & lib. 3. Aeneid. Ab Hippocrate morbus divinum quid continens. lib. prænot. no. 40. & lib. de nat. hum. num. 60. & lib. 4. de morb. Illud autem DIVINUM pleriq; doctissimi interpretes de occultâ qualitate & causa cœlesti sunt interpretati, uti edisseruit Mercurialis lib. de peste cap. 5. 6. 7. 8. 9. Sunt qui morbum vocent totius substantiæ, Ferneius totius substantiæ corruptelam.

50. Definimus Morbum FORMÆ. Morbus formæ est morbus definitivus similaris: sanitatem actionemq; partis similaris primo manifeste latet. morbi Formens: ob vitium formæ substantialis. vide thes. 6. & 7. mæ.

51. Differentia morborum formæ partim ab Efficiente partim à Subiecto desumuntur: quas prolixè & ad amissim prosequi hac quidem vice non statuimus.

52. Argumenta Riolani In abd. rer. cauf. lib. 2. cap. 10. & Auberti Exerc 19. tum vel maximè quæ apud Erastū contra morbos formæ habentur thesibus 31. 32. & 33. tum etiam thes. 46. & 60. de Ispitationi reservamus.

B 2

DE

DE MORBIS ORGANICIS.

53. *Morbus organicus est à pueritia ejus dispositionis, cuius opus meliora est sanitas organica. Dispositionis inquam quæ exurgit è Figurâ seu Conformatione, Magnitudine, Numero, & Situ seu Connexione partis organica in unum dispositus. In his enim essentia consistit partis organica, in quantum est pure organica à similaribus distincta.*

Definitio
morbi or-
ganici. 54. *Breviter morbum organicum in genere definimus, quod sit Morbus, sanitatem actionemq; partis organicae primò manifestè impediens; ob causam aliquam organicam; puta ob vitium vel figuræ seu conformatiōnis, vel magnitudinis, vel numeri, vel deniq; situs organici seu connexionis.*

Differen-
tiae morb.
organ. 55. *Morbus organicus pro numero partem organicam consti-
tuientium est quadruplex, nempe morbus Figura seu Conformatiōnis,
morbus Magnitudinis, morbus Numeri, & deniq; morbus Situs orga-
nici seu Connexionis.*

DE MORBIS FIGURÆ.

Morbus
figuræ. 56. *Morbus Figura qui & Conformatiōnis dicitur, est morbus or-
ganicus: sanitatem actionemq; partis organicae primò manifestè im-
pediens; ob vitium Figura seu Conformatiōnis. Estq; duplex unus
Superficiei & alter Meatum seu Cavitatum.*

Morbus
Supersi-
ciei. 57. *Morbus Superficiei est morbus figura seu conformatiōnis, sa-
nitatem & actionem partis organicae primò manifestè impediens; ob
vitium Superficiei. Estq; & hic rursus duplex alias Asperitatis &
alius Levitatu.*

Morbus
Asperitatis. 58. *Morbus Asperitatis est morbus Superficiei: sanitatem actio-
nemq; partis organicae primò manifestè impediens; ob vitium Asperi-
tatis. Hujus exemplum est Asperitas faucium in tufi.*

Morbus
Levitatis. 59. *Morbus Levitatis est morbus Superficiei: sanitatem &
actionem partis organicae primò manifestè impediens: ob vitium Le-
vitatis*

vitatis. Hujus exemplum est Levitas ventriculi in Lienteria.

60. Morbus Meatus seu Cavitatum est morbus figura seu Morbus conformatio- nis: sanitatem actionemq; organicam primò manifestè meatum impediens: ob vitium meatum seu cavitatum. Est autem du- seu cavi- plex nempe alius Dilatationis alius Angustia.

61. Morbus Dilatationis est morbus meatuū seu cavitatum; sa- Morb. Di- nitatem actionemq; partis organicæ primò manifestè impediens: ob latatio- nis. vitium Dilatationis. Estq; duplex nempe morbosa avasōμωσις & morbo- Διαπνήδησις.

62. Morbosa avasōμωσις est morbus Dilatationis: sanitatem & Avasō- actionem partis organicæ primò manifestè impediens: ob vitium va- μωσις. forum nimis patentium.

63. Morbosa Διαπνήδησις est morbus Dilatationis: sanitatem Διαπνή- actionemq; partis organicæ primò manifestè impediens: ob vitium δησις. tunicarum nimis relaxatarum & rarefactarum, ut humores ef- fluant.

64. Morbus Angustia est morbus meatum seu cavitatum: sa- Morb. An- nitatem & actionem partis organicæ primò manifestè impediens: gustia. ob vitium Angustia. Estq; & hic duū generum, unus qui in vasis alter qui extra vasā causam suam agnoscit.

65. Ille morbus Angustia qui in vasis causam suam habet, quatuor Morb. An- complectitur species, nempe Subsidentiam qua & Contractio dicitur, gust in vasis. Coalescentiam, Constipationem, & Obstructionem.

66. Subsidentia seu Contractio est morbus Angustia in vasis: sa- Subsiden- nitatem actionemq; organicam primò manifestè impediens: ob vitium tia Con- Subsidentia seu Contractionis, quando nimis meatus arctius tracio. coēunt.

67. Coalescentia est morbus Angustia in vasis: sanitatem & Coale- actionem partis organicæ primò manifestè impediens: ob vitium scentia. coalescentia, quando nempe particulae & tunicae uniuntur.

68. Constipatio est morbus Angustia in vasis: sanitatem actio- Constipa- nemq; partis organicæ primò manifestè impediens: ob vitium consti- tionis.

pationis à carne in meatu exercente eumq; imminente. V.g. Con-
stipatio orificij vesicae, cui ab ulcere caruncula increvit, & meatum
imminuit.

Obstruc-
tio.
69. Obstructio est morbus Angustiae in vasis: sanitatem actionem
nemq; partis organicae primò manifestè impediens; ob vitium obstruc-
tionis à materia non naturali meatum occidente. V.g. Obstructio
orificij vesicae à calculo aut re quapiam simili.

Morb. An-
gust. extra
vasa.
70. Alterum Angustia genus quod extra vasa causam habere
diximus, duas continet species, nempe Constrictionem quæ etiam
Oppressio vel Compressio appellatur, & illam quæ fit à malâ seu in-
eptâ figurâ.

Constri-
ctio. Op-
pressio.
Compre-
ssio.
71. Constrictio, Oppressio seu Compressio est morbus Angustiae
causam agnoscens extra vasa: sanitatem & actionem partis organicae
primò manifestè impediens: ob vitium constrictoris, oppressio-
nis seu compressionis quando meatus à re quapiam extrinsecus ac-
cumbente constringitur, opprimitur seu comprimitur. Exemplo esse
possit compressio intestini recti ab accumbente utero.

Morb. An-
gust. extra
vasa à
malâ figu-
râ.
72. Ad illam Angustiae extra vasa causam habentis speciem quod
attinet, quæ fit à malâ figurâ: videmus nonnullos quibus ob pra-
vasa à vam pectoris figuram trachaa sic contorqvetur ut difficillimè spiri-
tum trahant. Atq; hæc quidem de morbis Figura seu Conformatiōnis.

DE MORBIS MAGNITUDINIS.

Morb.
Magnitu-
dinis.
73. Morbus Magnitudinis est morbus organicus: sanitatem &
actionem partis organicae primò manifestè impediens: ob vitium ma-
gnitudinis. Estq; duplex nempe Magnitudinis præter naturam vel
auctæ vel diminutæ.

Morb. au-
cta magri
tudinis.
74. Morbus auctæ Magnitudinis est morbus Magnitudinis: sani-
tatem & actionem partis organicae primò manifestè impediens: ob
vitium auctæ magnitudinis. Hujus à diversitate causarum varie-
sunt species. Alius enim est ab excrescentia partis ut ἐγκύδιος,
ἐρεγόνωσις, ερεκήλη: alius ab humore collecto in parte, ut
phleg-

Phlegmone, Oedema, Erysipelas, Scirrhous: alius à parte decum-
bente, ut ἐνεργήη, Παταλονήη &c.

75. Morbus diminuta magnitudinis est morbus magnitudinis: Morb.
sanitatem actionemq; partis organicæ primò manifestè impediens; ob diminuta
vitium diminuta Magnitudinis. U. g. Atrophy, phthisis, Rhyas &c. magnitud.

DE MORBIS NUMERI.

76. Morbus Numeri est morbus organicus: sanitatem & actio- Morb.
nem partis organicæ primò manifestè impediens: ob vitium numeri. numeri.
Est g; duorum generum, alius numeri aucti & alius numeri dimi-
nuti.

77. Morbus numeri aucti, est morbus numeri: sanitatem actio- Morb.
nemq; partis organicæ primò manifestè impediens: ob vitium numeri numeri
aucti. Hunc etiam à causis in diversas species distribuunt. Alius aucti-
enim est ab excrescentia partis, aut rei specie partis sese venditan-
ta, ut sextus digitus in manu, Μεσύγιον in oculo, Polypus in naribus;
& alius à re toto genere prater naturam, ut lumbrici in intestinis,
calculi in renibus & vesicâ, suffusio in oculo, contenta in abcessibus,
verruca, clavi, &c.

78. Nec refert quod pleraq; hæc pari jure ad classem morborum
Conformatioñis aut etiam Magnitudinis referri posse videantur. Id
enim secundum diversas notiones fieri libenter damus.

79. Quidam ne hoc quidem negamus posse horum quedam di-
verso respectu nunc morbos nunc morborum causas appellari. U. g.
Calculus est morbus numeri aucti: idem est & causa Obstructionis.

80. Morbus numeri diminuti, est morbus numeri: sanitatem & Morb.
actionem partis organicæ primò manifestè impediens; ob vitium nu- numeri
meri diminuti, substantiam quapiam depereunte naturali. U. g. amissio- diminuti:
sia digitii, manus, pedis, &c.

DE MORBIS SITUS ORGANICI SEU CONNEXIONIS.

Morbis

Morb. Si 81. Morbus Situs organicī seu Connexionis est morbus organicus: sanitatem actionemq; partis organicae primō manifestē impediens: ob vitium Situs organicī seu Connexionis. Exemplo sunt Luxatio, Enterocelle, Epiplocele, in quibus partes nimium diducuntur, dislocantur, aḡ sitū naturali abeunt. Contrā, in coalescentiā labiorum, palpebrarū &c. partes nimium cōcunt connectuntur uniunturq;. Atq; hæc hactenus de morbis organicis.

DE MORBO COMMUNI.

82. Cum unitas utrisq; partibus & similaribus & organicis sit communis: sequitur & Solutionem Unitatis his communem esse.

83. Habet tamen communitas illa aliquam differentiam. Etenim nonnunquam unitatis Solutio primō & per se parti similari contingit: ex accidenti verò seu consequenti etiam tribuitur toti organo. V. g. Ulcus carni, & caries ossi propriè primō & per se contingunt: ex accidenti verò & secundariō etiam toti organo adscribuntur. Non nunquam vice versa Unitatis Solutio primō propriè & per se organo evenit: ex accidenti autem & secundariō parti etiam similari attribuitur. V. g. ð̄ποστάσια, quod propriè convenit partibus organicis, & secundariō partibus similaribus tribuitur. Aliquando deniq; & toti organo & particula similari ex aquo pariterq; Solutio Unitatis accidit. v. g. Si in ligamento aliquo sic unitas solvatur, ut ipsum simul membro non cohæreat: utiq; utriusq; partis & similaris & organicæ ista erit solutio.

Definitur 84. Definimus Solutionem unitatis quod sit Morbus communis: Solutio sanitatem actionemq; utriusq; partis tum similaris tum dissimilaris, unitatis simul primō manifestē ledens impediens vè: ob vitium commune.

Differ. so 85. Prater differentias quas indicavimus thes. 83. à modo inef-
lute & unit. sendi: despescitur adhuc Solutio unitatis in species partim à subjecto
partim à causa. A subjecto quidem Solutio Unitatis in partibus car-
nosiis propriè Vulnus & Ulcus dicitur. Item partibus carnosiis &
mollibus Ruptio & Contusio tribuitur. Ossibus Caries, Fractura,
Fissura-

Fissura. Nervis propriè Convulsio. Fibris Divulso. Organicis partibus & mortis.

86. A causâ Solutio unitatis est quadruplex. 1. Ab acri erodente materia in carnose genere est Ulcus, in osse Caries. 2. A causâ incidente, secante, pungente: Vulnus. 3. A valido & duro corpore irruente; in partibus molibus Contusio & Illatio: in ossibus Fractura, Fissura. 4. Areplentibus, contrahentibus, distractibentibus, Distentio, & Disruptio.

87. Ulcus est Solutio unitatis in partibus carnosis: à materia acri ulcus & erodente.

88. Caries est Solutio unitatis in osse: à materia acri & erodente. Caries.

89. Vulnus est Solutio unitatis quacunq; in parte: à causa incidente, secante, pungente. Vulnus.

90. Contusio est Solutio unitatis in partibus molibus: à valido & Contusio. duro corpore irruente.

91. Fractura est Solutio unitatis que fit transversim in osse: à valido Fractura. duro corpore irruente.

92. Fissura est Solutio unitatis in osse qua in longum fit: à valido Fissura. & duro corpore irruente.

93. Distentio est Solutio unitatis in partiibus molioribus: à causa Distentio. replente, & repleto distendente.

94. Ruptio & Disruptio est Solutio unitatis: in partibus carnosis Ruptio. & molibus, à causa replente, contrahente, distractente.

95. Convulsio est Solutio unitatis propriè in nervis: orta potissi- Convulsio. mū vel ab inanitione vel repletione.

96. Divulso est Solutio unitatis potissimum in fibris: à causa re- Divulso. plente, distendente, distractente.

97. Distractio est Solutio unitatis propriè & primò partiibus accidens dissimilaribus, à causa quacunq; dividente. Amorā. & mag.

98. Communiores morborum differentias de industria, brevitas ergo omittimus.

99. Morborum etiam compositiones & complicationes in aliud tempus rejecimus.

C

COROL.

Corollaria.

1. Præpostera est subtilitas, Velle Medicis necessitatem imponere, in omni definitione medicâ ponendi genus proximum.
2. Qui dicitant Aristotelem uspiam præcepisse in omni semper definitione solum ponere genus proximum: illis videtur adhuc opus esse elleboro unâ cum nasturio.
3. Affectus vocabulum, qvâ habitum significat, inter affectus præternaturales Medicis appellatos, soli Morbo vindicare; iniquum est.
4. Morbus & Sanitas si contraria non sunt: agè dicat nobis aliquis Argenterij asseclarum qvo pacto opponantur?
5. Plus habent in Phantasiâ superfluum, qvam Morbi definitio Galenica, qui in eâ vocem PRÆTER NATURAM redundare arbitrantur.
6. Symptomata Actionis lœsæ non magis in prædicamento Actionis ponenda sunt, qvam claudicatio in prædicamento Cruris.
7. Facetias illas longè supra urbanitatis limites positas esse dixeris, si quis unius cachinni lepore, pulchrum, grave, apertumq; nomen G R A D U S è Philosophorum & Medicorum libris excutere nitatur.
8. Εξ morbos ab antecedente vitiosâ ξέω dependet. Dic sodes, in qvo genere Causæ, nisi Efficientis?
9. Et cùm hoc modo dicit Medicus, unam Αλεξανδριν gignere alteram: non conseqvitur inde itio in infinitum in rebus ipsis, sed duntaxat in cerebro male philosophantis.
10. Intelligere & Velle proficiscuntur ab animâ, in qvâ etiam recipiuntur: ut intelligas & velis idem esse ejusdem, sed diversâ ratione, & causam Efficientem & Subjectivam.
- II. Non reqviritur ab omni morborum causâ Efficiente, ut insito agendi principio sit prædicta.

Nulla

12. Nulla actio similaris immediatè à solo editur tempore.

13. Materia potest habere rationem Efficientis instrumentalis.

14. Qui judicat formas post informationem nihil agere sed quiescere perpetuò : is seipsum jugulat. Nam hoc ipsum judicium , quanquam sine judicio , est animæ rationalis licet male ratiocinantis, post informationem actio.

15. Falsum est, quod nonnulli dictitant, Nullas formas agere unquam immediatè. Etenim aqua incalfacta se ad frigus suum reducit, nullius qualitatis beneficio sed formæ : Forma igitur immediatè agere potest.

Παράδοξον I.

Flavities in corneâ tunica oculi, quâ omnia objecta oculi flava apparent ; ad quod Morbi genus reduxeris ? Figura hîc seu Conformatio illæsa est, & Magnitudo, & partium Numerus & deniq; Situs seu Connexio. Continui Solutio nulla contigit. Temperamento autem superstite & illæso : solus Color aspectus errorem pareret. Noli mirari, si Medicorum nemo hunc nodum hactenus explicuerit : Plerique omnes videlicet Materiæ morbos negârunt. Ad nostram hanc anchoram nutationem mentis sistere oportet, si te hîc salvum esse oporteat. Color est qualitas secunda, & Materiæ ipsius accidens. Morbus igitur in Colore est Materiæ morbus. In nunc, sodes, & adhuc Materiæ morbos everte.

Παράδοξον II.

An qualitates secundæ, densitas, raritas, durities, molles, & colores, à primis necessariò originem trahunt ? Per multos asserunt ; ratio reclamat. Agè verò, non ego tibi Democrati atomos apponam, orbes cœlestes intuere ; in quibus nec ca-

dec calor nec frigus dominatur; densos tamen & duros &
qva si ære fusos, ut loqvuntur sacra. Job.37. 18. Planetas a-
spice, Saturnus fuscus apparet, Iupiter clarus, Mars rubeus,
Sol ardens & radians, Venus candens & rutilans, Mercurius
argenteus & subviridis, Luna albicans. Præterea,

Est via sublimis cælō manifesta serenō

Lactea nomen habet candore notabilis ipso.

Neqve hæc est lucis ipsius varietas in stellis, sed potius colo-
rum in luce differentiæ: non aliter qvam ex ære accenso vi-
ridis, ex sulphure cyanea, ex vino destillato aëria emicat
flamma. In cœlis igitur habes colores & qualitates coeteras
secundas citra primarum consortium. Quid si in terrestribus
documentum exhibeam non vile? Si color esset temperamen-
ti soboles: idem sanè esset aut non multùm absimilis, ubi ea-
dem esset aut non multùm absimilis primarum qualitatum tem-
peries. Atqvi rosa rubra colore qvidem sanguini simillima
est, coetera admodùm dispar: rosæ albæ colore qvidem dissi-
milis, temperamento simillima. Sunt ergo qualitates secundæ
ipsiusmet Formæ germanæ filiæ, in Materiæ ut matris sinu &
genitæ & nutritæ cum sororibus suis calore frigore siccitate
humore. Ut sciant Riolanus Aubertus Erastus & qui hos se-
qvuntur, non minùs iniquè ad morbos temperamenti mate-
riæ vitia a se se revocari; qvam si nos temperamenti vi-
tia ad materiæ morbos revocare ni-
teremur.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn729695778/phys_0026](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729695778/phys_0026)



12. Nulla actio similaris immediate à solo ramento.

13. Materia potest habere rationem Ementalism.

14. Qui judicat formas post informationem sed quiescere perpetuo : is seipsum jugulat. judicium , qvanquam sine judicio , est anima male ratiocinantis , post informationem actio


15. Falsum est , qvod nonnulli dictitant , N gere unquam immediate. Etenim aqua ingus suum reducit , nullius qualitatis benefic. Forma igitur immediate agere potest.

παράδοξον I.

Flavities in corneâ tunica oculi , qvâ omnia flava apparent ; ad qvod Morbi genus red hic seu Conformatio illæsa est , & Magnitudo merus & deniq. Situs seu Connexio . Contin contigit . Temperamento autem superstite Color aspectus errorem pareret . Noli mirari nemo hunc nodum hactenus explicuerit : videlicet Materiæ morbos negarunt . Ad ne choram nutationem mentis sistere oportet , esse oporteat . Color est qualitas secunda , & accidens . Morbus igitur in Colore est Materiæ nunc sodes , & adhuc Materiæ morbos eve

παράδοξον II.

An qualitates secundæ , densitas , raritatis , & colores , à primis necessariò originem multi afferunt ; ratio reclamat . Agè verò , in democrati atomos apponam , orbes cœlestes int



the scale towards document